

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

igitur ecce dedit dominus spiritum mendacij in ore omnium prophetarum tuorum qui hic sunt: et dominus locutus est contra te malum. **A**ccessit autem sedechias filius chanaan. et percussit micheam in maxillam. et dixit: **D**e ne ergo dimisit spiritus domini. et locutus est tibi. **E**t ait micheas: **U**isurus es in die illa quando ingredieris cubiculum intra cubiculum ut abscondaris. **E**t ait rex israel: **T**ollite micheam. et maneat apud ammon principes civitatis: et apud ioas filium amelech et dicite eis: **D**ec dicit rex: **M**itte te virum istum in carcerem. et susteate eum pane tribulationis et aqua angustie: donec revertar in pace. **D**ixitque micheas: **S**i reversus fueris in pace: non est locutus in me dominus. **E**t ait: **A**udite populi omnes. **A**scendit itaque rex israel et iosaphat rex iuda in ramoth galaad. **D**ixitque rex israel ad iosaphat **S**ume arma et ingredere prelium: et induere vestibus meis. **P**orro rex israel mutavit habitum: et ingressus est bellum. **R**ex autem syrie preceperat principibus curruum triginta duobus dicens. **N**on pugnabitis contra minorem et maiorem quepiam: nisi contra regem israel solum. **C**um ergo vidissent principes curruum iosaphat: suspicati sunt quod ipse esset rex israel. **E**t impetu facto pugnabant contra eum. **E**t exclamavit iosaphat. **I**ntelleruntque principes curruum quod non esset rex israel: et cessaverunt ab eo. **U**ir autem quidam tetendit arcum in incertum sagittam dirigens: et casu percussit regem israel inter pulmonem et sto-

machum. **A**t ille dixit aurige suo: **V**erte manum tuam. et eijce me de exercitu: quia graviter vulneratus sum. **C**ommissum est ergo prelium in die illa. **E**t rex israel stabat in curru suo contra syros: et mortuus est vespere. **F**luebat autem sanguis <sup>vel in</sup> plage in sinus currus: et percussus sonuit in universo exercitu antequam sol occumberet dicens. **U**nusquisque revertatur in civitatem et in terram suam. **M**ortuus est autem rex. et perlatum est in samariam: sepelieruntque regem in samaria. **E**t lauerunt currum eius in piscina samarie. et linxerunt canes sanguinem eius. et habenas lauerunt iuxta verbum domini quod locutus fuerat. **R**eliqua vero sermonum achab. et universa que fecit. et domus eburnea quam edificavit cunctarumque urbium quas extruxit: nonne hec scripta sunt in libro sermonum dierum regum israel? **D**ormiuit ergo achab cum patribus suis. et regnavit ochozias filius eius pro eo. **J**osaphat filius asa regnare cepit super iudam. anno quarto achab regis israel. **T**rigintaquinque annorum erat cum regnare cepisset. et vigintiquinque annos regnavit in hierusalem. **N**omen matris eius azuba filia salai. **E**t ambulavit in omni via asa patris sui: et non declinavit ex ea. **F**ecitque quod rectum erat in conspectu domini: verum tamen excelsa non abstulit. **A**dhuc enim populus sacrificabat. et adolebat incensum in excelsis. **D**acemque habuit iosaphat cum rege israel. **R**eliqua autem verborum iosaphat et operum eius que gessit et prelia: nonne hec